

## USUS E VERSU VI.

(1) Status exinanitionis Christi *captum planè excedit nostrum*. Philipp. II, 7. seq.

(2) *Pusillum est, quod à Deo deseritur Christus cum suis membris*: Joh. XVI, 16. 2. Cor. IV, 17. Jes. LIV, 7.

(3) *Desertio Dei non est unius generis; vel enim punxit, vel probat, &c.* Ps. XXII, 2. XXX, 6.

(4) *Christus toleravit adversa quaque in redemtionem nostri*: 2. Cor. VIII, 9.

(5) *Exaltatio Christi nos de ope ferenda confirmet, quia potest, deque conferenda & nobis gloria roboret, quia ipsius sumus membra*: Joh. XII, 32. XIV, 3. 6. XVII, 24. Apoc. III, 21.

## USUS E VERSU VII.

(1) *Dominum hominis primævum, prob dolor! cum imagine divina deperditum*. L. de imagine Dei.

(2) *Secundus homo de cœlo reparavit, quod primus temere decoxit*: 1. Cor. XV, 27. Ebr. II, 8.

(3) *Si Christo subjecta sunt omnia, divino sancè omnibus imperabit modo, b. e. non absens, sed totus divinò modo præsens*: Matth. XXVIII, 20. Joh. XIV, 18. XVII, 5. *Gloria exinanito data, non est finita, sed vere divina*: Psalm. CX, 1. Phil. II, 9. seqq. Dan. VII, 13. seqq.

(4) *Obsequuntur Christo cunctæ creature; quid tu, homuncio, fidem ipsi denegans, tibique soli vivens!*

A

## USUS E VERSU VIII.

(1) *Usus brutorum pro homine ad laborem, alimentum, vestimentum: quidni ergo ubi vis Domini supremi celebreremus clementiam?* L. de laude divina.

(2) *Discrimen bestiarum, que sunt grandes & minores, cicures & ferae, debiles ac robustæ, utiles & inutiles, deducat nos ad discriminem hominis coram Deo, ne abutamur dominis concessis, nec inter feras nos detrudamus ipsi, cum placere possemus inter familiares aut amabiles.* L. de donis & ministrantibus & sanctificantibus, distinctis: de studio B. O.

## USUS E VERSU IX.

(1) *Volatilia cœli doctores nostri*: Matth. VI, 26. imò quandoque etiam ministri ac nutricii: 1. Reg. XVII.

(2) *Piscibus dominari Christum, patet ex Luc. V, 6. seqq. In aquis igitur quærentes alimoniam, imprimis Domini aquarum ambient gratiam*.

(3) *Balenis Deus imperat immensis: Jon. II, 11. quid ergò mortales expavescimus homunciones?*

(4) *Sicut in aquis miræ sunt aquatilium semitæ; sic multò perplexiores hominum in terris. Beatum illum, qui omnino suas vias commendat Domino*: Psal. XXXVII, 5.

B

## USUS E VERSU X.

(1) *A Deo inchoandum; in Deo finiendum*: Col. III, 17. Eph. V, 20. 1. Cor. X, 31.

(2) *Admiratio circa Deum ejusque opera est verè insatiabilis*.

## PSALMI IX. DISPOSITIO.

## Asylum pauperum.

## Liberatus orat.

**D**Uæ (post titulum vers. I.) sunt Psalmi hujus partes I. Gratiarum actio: cuius (a) modus seu forma, quod fiat I. palam (celebrabo,) 2. fortiter (tota mente,) 3. accurate (enum. &c. vers. 2.) 4. lætanter v. 3. (β) ratio, tum ex parte hostium, qui sunt deleti, v. 4. ad 7. tum ex parte Dei, qui est judex æternus, v. 8. universalis, justus, v. 9. oppressis benignus ac promptus, v. 10. usque ad 13.

II. Petitio, I. generalis: misericorditer

inspice meam miseriam; ratio, quia **TU** meus liberator, v. 14. Ego Te celebrabo, v. 15. cuius celebrationis contenta sunt (α) hostes propriō periisse malō; v. 16. 17. (β) Deum fecisse judicium, v. 17. 2. petitio specialis est, ut (α) retrò agantur hostes v. 18. quia scil. miseri clamantes sperant v. 19. (β) ut surgat Deus, (γ) hostes robore suō minuantur, (δ) coram Deo judicentur v. 20. (ε) ad vanitatis suæ agnitionem adigan- tur v. 21.

## PSALMUS IX.

## EXPLICATIO VERSUS I.

vid. Psal. IV, 1. (כ) לְמַנְצֵחָה

super mortem duellatoris: (α) qui inter duas acies, Philist. scil. & Ebræorum, stetit, & qui inter duos tantum pugnam volebat institui; qui propterea vocatus est אִישׁ הַבְּנִים vir intermedius, i. Sam. xvii, 4. 23. ita Tarn. quem vide; & Junius in edit. primâ. item Kimchi, Chald. Muis. Super mortem filii: Symmach. Hier. &c. vid. Drus. I. 5. obs. c. 7. 8. Alii de Absalomō: vel de morte Nabal (anagram.) qui tamen hostis privatus, nemini periculosus: Km. & Reines. ep. Vorst. p. 32 De Ben. musicō, R. Joseph. Kim. ex i. Par. xv, 18. Regem aliquem gentilem intelligunt Aben Esra & R. Obad. instrumentum musicum Psal. XLVI, 1. 2. (XLVIII, 14.) Lutherus olim post Aquilam: veariō-תְּרֵזֶה von der Jugend des Sohns; posteā, von der schönen Jugend; summis nimis vocibus duabus טוֹרְסָה עֲלֵי טוֹרְסָה pro unā. Nos contenti sensu psalmi, tituli inter tantos autores controversi nolumus esse arbitrii. Confer infra v. 12.

(ג) מְמוֹר III, 1.

## EXPLICATIO VERSUS II.

אָוֹרְדָּן celebrabo:) palam, publicè ac perpe- tuō, adeoque & jam in præsenti, celebro; (p. 26.) De vide Psalm. VI, 6. יְדָרָה

בְּכֶר לְבִי totō cordemeō:) i. e. omnibus men- tis meæ viribus, cuius in corde ceu metropoli se- des statuitur in sacris: cordi enim totum homi- nis regimen tribuunt Ebræi, ac si in ipso omnis vis intelligendi, volendi, eligendi ac agendi resideat. Inde dicitur cor intelligens &c. Deut. XXIX, 4. Jer. XXXII, 39. 40. vide Flac. p. 1. Cl. f. 178. (ב) instrumentalem causam h. l. notans dicitur בְּהַעֲרָה & apud Lat. solō ablativō enunciatur absque præposit. ut Genes. XLVIII, 22. בְּחַרְבִּי בְּקַשְׁתִּי gladio meō & arcu meō; Psal. II, 9. confrin- ges eos tuō בְּשַׁבְּתִּי baculō: Jer. XXXII, 17. robore tuo &c. Vox (כ) omne seu totum, cor di cohaerens, ejusdem sinceritatē notat, non omnimodam perfectionem, quippe quæ in hac imbecillitate impossibilis. Sic mox sequitur, omnia miracula tua narrabo, quod itidem impossibile; siquidem Job. V, 9. נְפָלָות עַד אֵין מַס' mirabilia innumerabilia. Drusi-